



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum  
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus  
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de  
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

**Escobar y Mendoza, Antonio de**  
**Lugduni, 1663**

2. De Missæ exaudiendæ integritate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

Sect. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 2

14 Sufficit Missam audire quocumque idioma-  
te, ac ritu celebratam. Quia nullum extat præ-  
ceptum, quo debeant fideles Latino, aut alio idio-  
mate eam exaudire. Implebitur ergo præceptum,  
si Missa audiat quocumque ritu aut sermone

feu Latino, feu Græco, feu Syriaco, &c dummo-  
do talis ritus nullum contineat errorem. Lugo  
d. 22. *sect. 1. n. 1.* Bassæus v. *Missæ* 8. n. 4. Dica-  
til. d. 5. n. 16 & 27. Syluest. v. *Missæ*, 2. n. 4. Sà verb.  
*Missæ audirio, n. ult.* Tabie. n. 49. Armil. n. 31. &  
omnes.

Præceptum implet, qui Missam statim post  
mediam noctem audit. Quia præceptum sanctifi-  
candi festa à media nocte incipit. Fagund. *prac.*  
1. l. 2. c. 2. n. 10. Syluest. 2. *Missæ*, 2. q. 1. Azor. 10. l. 1.  
1. 7. c. 3. q. 1. Nauar. *sum. c. 2* l. n. 2.

Si vero pro deferendo vino, thure, aliſive  
ad Sacrificium neceſſariis à ſacrificio recedas,  
præcepto ſatisfacis. Quia licet phyſicè recedas,  
recedere moraliter non cenſeris: ſiquidem re-  
cedis ſacrificij cauſa, & in ipta reſolutionis actio-  
ne ſacrificio inferis. Sylveſt. v. Miſſa 2. queſt. 1.  
Nazar. cap. Quando, de conſecrat. diſt. 1. notab. 10.  
n. 19. Henric. l. 9. c. 2. n. 8. Sà v. Miſſe audirio, n.  
2. Limitarim tamen, dummodo ab Ecce-  
leſia non receſſeris niſi ad breue tempus: alias  
neſcio, qua ratione cenſeri poſſe præſes ſacrifi-  
cio, quantumvis ob illius cauſam receſſeris. Nō  
enim præſentia moraliſ, cum morali abſentia  
poſſet conſiſtere. Bonac. d. 4. de Sacram. q. ultim.  
pun. 1. n. 18. Fagnand. l. 2. c. 6. n. 102.

Potes ab vno Sacerdote dimidiam audire 20  
Missam, & postmodum ab alio aliam dimidiam. *Potes dimi-*  
Quia licet illa partes independentes sint, neq- *dia Missa ab*  
nū Sacrificiū cōstituere valeāt, ideoq; illis as- *vno Sacerdote*  
sistēs hand quæquā propriē vnicō Sacrificio as- *audiri.*  
sistatitate ex Ecclesiæ benigna interpreta-  
tione cōmuni Doctorū approbata iudicio, rep-  
tandæ sunt partes vnnū Sacrificiū cōponentes,  
quoad & ff. cū audiēdi Sacrū, & satisfaciēdi Ec-  
clesiæ præcepto. Coninch q 83. a 6. d. vii. n. 286.  
Bonac. de Sacram. d. 4. q. vlt. punct. 1. n. 13. Laym.  
d. 4. tr. 7. c. 3. Nauar. sum. c. 1. num. 2. Tolet. l. 6. s.  
7. s. v. Missa audiri, n. 2.

Sepe contigit aliquem audisse integrum  
Missam & tamen deliquisse lethaliter. Quia  
commoratus fuit voluntarie tanto tempore, ut  
se exposuerit morali periculo Sacram non in-  
ueniendi: & licet casu eueniret inuenisse, non  
ideo à crimine excusatur. E contra verò con-  
tingit, aliquem Sacram non audire, nec tamen  
lethaliter peccasse. Quia per eum moraliter nō  
fletit, quin audiret, sed Sacerdoti Sacram matu-  
ranti, & hora confusa non celebranti est tri-  
buendum. Vnde Confessarii diligentes debent  
se gerere circa pœnitentium examen, nūm se  
exposuerint periculo omittendi Sacram, an  
dic, quod Sacram omiserint gesserint quantum  
in ipsis fuit, vt audirent. Palao p.4. tr.22. d.viii.  
p.16. m.14. & omnes.

*De Missæ exaudiendæ integritate.*

<sup>16</sup>  
*Interp[re]tatio  
si iudicanda.* Tenentur fideles die festo totam & integrā  
Missam audire. Quia cap. Omnes fideles, de  
consecrat. dist. i. sic præcibitur : Omnes fideles,  
qui conveniunt in solemnitate Sacris ad Ec-  
clesiam, et scripturas Apostolorum, & Evan-  
gelium audiant, qui autem non perseverant in  
oratione quod dnm Missa peragatur, conveniunt  
communione privari. Et cap. Missas ead. dist. sic:  
Missas die Dominico secularibus totas audire  
speciali ordine precipimus. Lege Suarium d. 88.  
sect. 1. & Fagundes l. 2. c. 4. n. 1.

17 Satisfaciunt præcepto Missæ, qui vel antè  
benedictionem Sacerdotis exeunt, aut aliam  
minimam partem omittunt. Quia paruitas ma-  
teriat à mortali excusat. Omnes sic.

At si tertium, vel quartā partem Missæ omittas, censendus es partem gravem omisisse, gravisque culpa reus existes: v. gr. si omittes initiū Missæ vltq; ad Evangelium exclusivē, & simul orationes post communionem. Secus si audita Epistola, post communionem discederes. Suar. d. 88, §. 2. Corinch. q. 8. a. 6. dnb. vni. n. 2 §. 5 & alij communiter.

Post incæptum Canonem vsque ad cõmunio-  
nem est minoris partis omisso grauior materia cen-  
senda est. Quia in iis non tam est spectanda tẽ-  
poris mora, quã dignitas rei omisã ob propin-  
quitatem ad essentiam, & integritatem Sacrifi-  
cij. Quocirca si tẽpore consecrationis & con-  
sumptionis exiret de Templo, & si reliquis  
partibus Missã assisteret, præcepto minime sa-  
tisfaceret. Quia absolute sacrificio præsens non  
fuit, sacrificij namque essentia & integritas in  
consecratione aut consumptione ita est. Quod  
si consecrationi assistens, consumptionẽ omit-  
tens.

*De loco, ubi audienda est Missa.*

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Locus pro audienda Missa Parochia fuit ex<br>multorum Canonitarum sententia ad cap.<br>Vt Dominici de Paroch. & cap. si quis etiam, de<br>consecrat. dist. 1. At consequentia firmatum est,<br>nullum locum esse determinatum. Faut Triden-<br>tinum sessi. 22. decreto de observandis in ce-<br>lebrat. Mis. quatenus solū ex consilio ac monito<br>Episcoporum, obligati sunt fideles ad proprias<br>Parochias accedere. Suar. d. 88. sect. 2. Barbo. ab-<br>legat. 2. 4. n. 270. | 22<br>Nullus locus<br>est Missæ au-<br>ditiōi deter-<br>minatus.<br><br>23<br>Non possit<br>Episcopus co-<br>diles cogere,<br>ad Missam<br>au- |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Non potest Episcopus præcepto, excom-  
municatione, aliâve censure fideles cogere ad Missam  
in propria Parochia audiendam.